- 1) (*exercetur, exerceri*) **Vespere _____ non potest. Mane _____.**
- 2) (*loquitur, loqui*) **Paulus in schola cum amicis non _____, quia in schola _____ non licet.**
- 3) (*meditatur, meditari*) **Iulia domi violinum _____ non potest. In theatro _____.**
- 4) (*prolabitur, prolabi*) **Quamquam hic nartis _____ periculosum est, Ludovicus non timet et nartis _____.**

Exercitium 2. Match the sentence on the left with the sentence that logically follows it. Follow the example:

- | | | |
|----------------------------------|--------------|---|
| Fessus es. | <u> G </u> | <i>A. Thoraces laneos gerere magni momenti vobis est.</i> |
| 1) In imbri sunt. | _____ | <i>B. Aquam bibere magni momenti mihi est.</i> |
| 2) Aegrotat. | _____ | <i>C. Umbellas habere magni momenti eis est.</i> |
| 3) Robusta non es. | _____ | <i>D. Medicamentum sumere magni momenti ei est.</i> |
| 4) Algemus. | _____ | <i>E. Bis in die exerceri magni momenti tibi est.</i> |
| 5) Calor est et sitio. | _____ | <i>F. Meditari magni momenti ei est.</i> |
| 6) Anna bene canere vult. | _____ | <i>G. Bene dormire magni momenti tibi est.</i> |

Exercitium 3. Using a word in the box, fill in the blank to correctly complete the sentence. Follow the example:

erit	ibimus	<i>invisetis</i>	<i>facies</i>	<i>habebunt</i>	<i>poterimus</i>
<i>eris</i>	<i>loquetur</i>	<i>aspicietis</i>	<i>ibunt</i>	<i>habitabit</i>	<i>ninguet</i>

- Si cras calor erit, ad litus maritimum ibimus.**
- 1) **Si opus bene _____, praeposita _____.**
- 2) **Si proxima hebdomade _____, nartis prolabi _____.**
- 3) **Si in Sinis _____, Sinice _____.**
- 4) **Si satis pecuniae _____, ad Germaniam orientalem _____.**
- 5) **Si Antarcticam _____, aptenodytas _____.**

Capitis 3 Lectionis 1 Sectio 3b

Exercitium 4. Circle the form of the word that correctly completes the sentence. Follow the examples:

Si ninguet, nartis (*prolapsi sumus* / *prolabemur*).

Violino bene canere potest, quia (*meditata est* / *meditabitur*).

- 1) Aegrotant, quia multum socolatae (*ederunt* / *edent*).
- 2) Si in litore maritimo (*ambulavi* / *ambulabo*), balaenam videre potero.
- 3) Si serenum (*erit* / *fuit*), in oceano natabo.
- 4) Turma eius vicit, quia pilam (*capiet* / *cepit*).
- 5) Magister iratus est, quia discipuli in schola (*cucurrerunt* / *current*).

Capitis 3 Lectionis 1 Sectio 4a

Exercitium 1. Match the sentence or question on the left with the sentence or answer that logically completes it. Follow the example:

- Non puto hanc pelliculam studium meum excitare.** C A. *Ei aurantium dat.*
- 1) **Putasne eum maritum eius esse?** B. *Prope theatrum eam invenire non possum.*
- 2) **Petrus non putat socolatam Mariae placere.** C. *Eam aspicere nolo.*
- 3) **Parentes putant filios dormire.** D. *Rubrum emit.*
- 4) **Puto raedam meam prope museum esse.** E. *Non puto. Amicus eius est.*
- 5) **Sara putat petasum nigrum foedum esse.** G. *In cubiculo suo telehorasim aspiciunt.*

Exercitium 2. Using a word in the box, fill in the blank to correctly complete the sentence. Follow the example:

~~Toqui~~ vehi exerceri meditari prolabi osculari

- Non puto eum Arabice** loqui .
- 1) **Pater non putat filiam amicum suum** _____.
- 2) **Puto matrem ad officium curru publico** _____.
- 3) **Putat amicam vespere** _____, **quia robusta est.**
- 4) **Non putat Antonium clavichordum in schola** _____, **quia male canit.**
- 5) **Non putat Bertrandum in montibus nartis** _____.

Exercitium 3. Fill in the blank with the appropriate beginning of the sentence. Use **Puto** or **Puto fore ut**. Follow the examples:

- Puto turmam viridem bene ludere.
- Puto fore ut turma viridis vincat.
- 1) _____ Danielelem discipulum bonum esse.
- 2) _____ Daniel medicus sit.
- 3) _____ raedam novam non emant.
- 4) _____ eos pecuniam non habere.
- 5) _____ Sara post duos annos Christophoro nubat.
- 6) _____ Christophorum Saram amare.
- 7) _____ Ioannem et Iuliam linguam Anglicam discere.
- 8) _____ proximo anno in America Foederata habitent.

Capitis 3 Lectionis 1 Sectio 4b

Exercitium 4. Circle the word that correctly completes the sentence. Follow the examples:

Nunc Lutetiae serenum (est / esse).

Puto nunc Lutetiae serenum (est / esse).

Cras Lutetiae caelum nubilum (sit / erit).

Puto fore ut cras Lutetiae caelum nubilum (sit / erit).

Nunc infans mea (aegrotat / aegrotare).

Puto infantem meam (aegrotat / aegrotare).

Post duos dies infans mea non (aegrotet / aegrotabit).

Puto fore ut post duos dies infans mea non (aegrotet / aegrotabit).

Hodie Antonius male (canere / canit).

Puto hodie Antonium male (canere / canere).

Antonius meditatur et post annum bene (canat / canet).

Puto fore ut post annum Antonius bene (canat / canet).

- 1) Filia mea puella pulchra (est / esse).
- 2) Puto filiam meam puellam pulchram (est / esse).
- 3) Post decem annos filia mea femina pulchra (sit / erit).
- 4) Puto fore ut post decem annos filia mea femina pulchra (sit / erit).
- 5) David raedam patris (gubernat / gubernare).
- 6) Puto Davidem raedam patris (gubernat / gubernare).
- 7) Proxima hebdomade David raedam suam (gubernet / gubernabit).
- 8) Puto fore ut proxima hebdomade David raedam suam (gubernet / gubernabit).
- 9) Anna citharam (emit / emere), quia canere mox discet.
- 10) Puto Annam citharam (emit / emere), quia canere mox discet.
- 11) Cum optime canet, Anna novam et meliorem citharam (emat / emet).
- 12) Puto fore ut, cum optime canet, Anna novam et meliorem citharam (emat / emet).

Capitis 3 Lectionis 1 Probatuuncula a

Exercitium 1. Match the sentence on the left with the sentence that logically follows it. Follow the example:

- | | | |
|--------------------------------|----------|--|
| Telehorasim numquam aspiciunt. | <u>G</u> | A. Conventus studium vestrum excitant. |
| Hic liber mihi placet. | <u>F</u> | B. Studium eorum excitant. |
| 1) Hae turmae male ludunt. | _____ | C. Certamen taediosum est. |
| 2) In theatro dormio. | _____ | D. Picturae et effigies studium eius excitant. |
| 3) Scientias bene discunt. | _____ | E. Fabula valde taediosa est. |
| 4) Artem musicam docetis. | _____ | F. Studium meum excitat. |
| 5) Puer ad museum ire vult. | _____ | G. Taediosa est. |

Exercitium 2. Based on the information in the first sentence, fill in the blank to correctly complete the second sentence. Follow the example:

- | | |
|--|---|
| Petrus bene natat. | Sciebam Petrum bene <u>natare</u> . |
| 1) Paulus canem foedum habet. | Puto Paulum canem foedum _____. |
| 2) Ars musica studium Mariae excitat. | Scisne artem musicam studium Mariae _____? |
| 3) Laura medica est. | Nesciebam Lauram medicam _____. |
| 4) Maria in litore maritimo exercetur. | Maria dixit se in litore maritimo _____. |
| 5) Pater matrem per telephorum adit. | Pater dicit se matrem per telephorum _____. |

Exercitium 3. Using a word in the box, fill in the blank to correctly complete the sentence. Follow the examples:

erit	ibimus	vehetur	ascendes	parabit	pluet
sumam	fungetur	venies	navigabimus	videbis	

- Si cras serenum erit, ego et Petrus ad montes ibimus.
- 1) Si amicus meus cenam _____, ego in caupona cenam _____, quia male coquit.
 - 2) Si raeda eius munere suo non _____, ad officium curru publico _____.
 - 3) Cave! Si arborem _____, cadere poteris!
 - 4) Si ad convivium meum _____, novum amicum Laurae _____.
 - 5) Si cras _____, in oceano non _____.

Capitis 3 Lectionis 1 Probatuuncula b

Exercitium 4. Circle the word that correctly completes the sentence. Follow the example:

Non puto fore ut cras serenum (*esse* / *sit*).

Puto caelum nubilum (*esse* / *sit*).

- 1) Non puto Robertum violinum (*meditari* / *meditetur*).
- 2) Puto fore ut hic liber studium meum (*excitare* / *excitet*).
- 3) Non puto Saram nartis (*prolabi* / *prolabantur*).
- 4) Puto fore ut filius eius clavichordum (*meditari* / *meditetur*).
- 5) Puto scientias studium eius (*excitare* / *excitet*).
- 6) Putant fore ut cras nartis (*prolabi* / *prolabantur*).

Capitis 3 Lectionis 2 Sectio 1a

Exercitium 1. Match the sentence to the photo that depicts it. Follow the example:



B



2) _____



1) _____



3) _____

- A. *Solum hoc pacto purgandum est.*
B. *Numquam hoc pacto equitandum est.*
C. *Saccum dorsualem semper hoc pacto fer!*
D. *Vestimenta non eo pacto in capsa ponenda sunt.*

Exercitium 2. Reorder the syllable to create a word. Follow the example:

pe a ni cu

pecunia

1) lus du vi

2) na ma chi ta gen ar a ri

3) to char um phy la ci

4) cus sac a dor lis su

5) mus num us ro eu pae

Exercitium 3. Circle the word that correctly completes the sentence. Follow the example:

Chartophylacium meum vacuum est. Librum in chartophylacio (*extraho* / pono / *fero*).

1) **Saccus dorsualis Sarae magnus et gravis est. Eum (*ponere* / *extrahere* / *ferre*) non potest.**

2) **Antonius in Hispania ferias aget. Antequam ad aeriptortum it, vestimenta sua in vidulo (*fert* / *ponit* / *extrahit*).**

3) **(*Pone* / *Extrahe* / *Fer*) hoc poculum in labello, quaeso.**

4) **Paegniam tuam ex hac capsula (*ferenda* / *extrahenda* / *ponenda*) sunt!**

5) **Mihi valde placet chartophylacium, quod ad officium (*fers* / *ponis* / *extrahis*).**

Capitis 3 Lectionis 2 Sectio 1b

Exercitium 4. Using a sentence in the box, write the answer to the question. Follow the example:

~~Dixit se in Hispania ferias agere.~~
Duas hebdomades in montibus manebimus. Nartis prolabemur.
Non habito. Ferias cum familia ago.
Sperat fore ut in solitudinibus Mexici ferias agat.
Nescio. Proximo anno verisimiliter ferias non agam. Negotiosus ero.
Si satis pecuniae habebunt, hebdomadem in Britannia manebunt.

Rebecca: Quid Victor hac aestate faciet?

Antonius: *Dixit se in Hispania ferias agere.*

1) Iulia: Roberte, quid Lutetiae facis? Habitasne hic?

Robertus: _____

2) Stephanus: Ubi Ludovicus et Catharina ferias agent?

Sara: _____

3) Maria: Ubi proximo anno ferias ages?

Michael: _____

4) Laura: Quamdiu hac hieme ferias agetis?

Catharina et Nicolaus: _____

5) Susanna: Ubi Elisabetha ferias aget?

Anna: _____

Capitis 3 Lectionis 2 Sectio 2a

Exercitium 1. Using one question and one answer from each list, create a short dialogue that best matches the photo. Follow the example:

Question

Velisne plus libi?

Habesne aliquid aquae?

~~*Estne aliquid spatii in sacco dorsuali tuo?*~~

Ignosce. Loquerisne Anglice?



Question: *Estne aliquid spatii in sacco dorsuali tuo?*

Answer: *Est, sed tantum paululum.*

Answer

Tantum paululum Anglice loquor.

Tantum paululum aquae habeo.

Paululum velim.

~~*Est, sed tantum paululum.*~~



2) Question: _____

Answer: _____



1) Question: _____

Answer: _____



3) Question: _____

Answer: _____

Exercitium 2. Circle the word that correctly completes the sentence. Follow the example:

Libros meos in sacco dorsuali meo ponere non possum. (Nullum / Satis) spatium est.

1) Hoc glossarium grave est. Id ferre non possum. Estne (*aliquid* / *nullum*) spatii glossario meo in vidulo tuo?

2) Chartophylacium vacuum est. (*Nullum* / *Multum*) spatium in chartophylacio est.

3) Spero fore ut (*satis* / *nullum*) spatii calceis meis in vidulo sit.

4) Chartophylacium meum (*nullum* / *multum*) spatium habet, quia decem libros posui!

5) Haec domus valde magna est. (*Satis* / *Nullum*) spatii familiae est.

Capitis 3 Lectionis 2 Sectio 2b

Exercitium 3. Match the sentence on the left to the sentence on the right that logically follows it. Follow the example:

Frater meus quadraginta dollaria habet.	<u>D</u>	A. <i>Tantum duodetriginta dollaria habet.</i> <i>Duobus dollariis eget.</i>
1) Bertrandus omnia edit.	_____	B. <i>Nolo. Tantum mensam secundam edam.</i>
2) Pluit. Potesne nobis duas umbellas dare?	_____	C. <i>Tantum culinam purgavimus.</i>
3) Hoc triginta dollariis constat.	_____	D. <i>Soror mea tantum triginta septem dollaria habet.</i>
4) Velisne bubulam cum pipere?	_____	E. <i>Soror eius tantum poma et olera edit.</i>
5) Purgavistisne balneum et culinam?	_____	F. <i>Doleo. Tantum unam habeo.</i>

Exercitium 4. Fill in the blank with *urbanum est* or *urbanum non est*. Follow the example:

- Urbanum est "valet" dicere antequam convivium relinquis.
- 1) Cum homo aegrotat et in nosocomio est, eum invisere _____.**
 - 2) Sero ad concentum advenire _____.**
 - 3) Cum homo te adjuvat, "gratias" dicere _____.**
 - 4) Manibus sordidis cenam sumere _____.**
 - 5) In funeribus ridere _____.**

Capitis 3 Lectionis 2 Sectio 3a

Exercitium 1. Using a sentence from the box, fill in the blank to complete the story that is depicted in the photos. Follow the example:

Si umbellam haberem, umidus non essem.
Si librum haberem, taediosum non esset.
~~*Si paniculum fartum haberem, non esurirem.*~~



Laura esurit. Vidit sororem quae paniculum fartum habet. Quid Laura putat?

Laura: *Si paniculum fartum haberem, non esurirem.*



1) Maria expectat. Taediosum est. Vidit virum qui librum habet. Quid Maria putat?

Maria: _____



2) Hodie pluit. Thomas vidit multos homines qui umbellas habent. Is umbellam non habet. Quid putat?

Thomas : _____

Capitis 3 Lectionis 2 Sectio 3b

Exercitium 2. Using a word in the box, fill in the blank to correctly complete the sentence. Follow the example:

~~natare~~ ~~natarem~~ ~~natabo~~

Hodie intus, in piscina nato, sed in oceano natare volo.

Puto fore ut cras in oceano natem.

Si cras calor erit, in oceano natabo.

Calor non est. In oceano non nato. Si calor esset, in oceano natarem.

haberet habebit habere

1) Femina raedam vilem habet. Raedam caram _____ vult.

Putat fore ut proximo anno novam raedam caram habeat.

Si satis pecuniae habebit, raedam novam _____.

Satis pecuniae non habet. Si satis pecuniae haberet, raedam novam _____.

vincit vinceret vincere

2) Puer teniludio cum patre ludit et _____ vult, sed numquam _____.

Si cum matre luderet, _____.

ferrem fero ferre

3) Calceos tuos _____ non possum, quia parvum saccum dorsualem habeo.

Si maiorem saccum dorsualem haberem, calceos tuos _____.

Tantum meos calceos _____.

est esset esse

4) Sara cantrix clara _____ vult.

Cantrix clara non _____, quia male canit.

Si bene caneret, cantrix clara _____.

Sara putat fore ut post quinque annos melius canat et cantrix clara sit.

Capitis 3 Lectionis 2 Sectio 3c

Exercitium 3. Circle the correct form of the verb. Follow the examples:

Si cras ventus flabit, in oceano (navigabimus / navigaremus).

Si pallium gereret, non (algebit / algeret).

- 1) Si satis pecuniae haberem, ferias in Italia (agam / agerem).
- 2) Si ad Italiam ibit, Romam (inviseret / inviset).
- 3) Si satis spatii in cubiculo tuo esset, maiorem lectum habere (poteris / posses).
- 4) Si pretium huius raedae deminutum erit, id (ement / emerent).
- 5) Si hanc pilam capiam, turma mea (vinceret / vincet).
- 6) Si chartophylacium tuum satis spatii haberet, libros tuos (poneres / pones).

Capitis 3 Lectionis 2 Sectio 4a

Exercitium 1. Match the beginning of the sentence on the left to the end of the sentence on the right. Follow the example:

Pluit. Si non plueret,	<u>F</u>	A. in nosocomio opus faceres.
1) Minister opus bene facit. Si opus male faceret,	_____	B. ferias agerent.
2) Bracas et pallia gerimus, quia frigus est. Si calor esset,	_____	C. ad benzoinopolium non iremus.
3) Magister es. Si medicus esses,	_____	D. caltulas gereremus.
4) Pecuniam non habent. Si pecuniam haberent,	_____	E. praepositus iratus esset.
5) Benzoina egeremus. Si benzoina non egeremus,	_____	F. foris luderemus.

Exercitium 2. Circle the word that correctly completes the sentence. Follow the example:

Mater: Cur filius canem habere vult?

Pater: Si canem (haberet / haberem), cum eo (luderes / luderet). Cum pisce suo ludere non potest.

1) Sara: Daniel, cur raedam emere non vis?

Daniel: Si raedam gubernare possem, raedam (emerent / emerem) et postea ad officium (gubernares / gubernarem). Nunc gubernare non possum.

2) Mater: Liberi, cur computatoria habere vultis?

Liberi: Si computatoria (haberemus / haberent), epistulas electronicas (scriberemus / scriberem).
Nunc tantum epistulas scribere possumus.

3) Pater: Anna, cur maiorem saccum dorsualem habere vis?

Anna: Si maiorem saccum dorsualem (haberem / haberes), plures libros ad scholam (ferret / ferrem).
Nunc tantum tres libros ferre possum.

4) Ioannes: Petre, cur Robertus et Sara in Italia ferias agere volunt?

Petrus: Si illic ferias (agerent / ageretis), Romam (irent / iremus), sed ire non poterunt, quia satis pecuniae non habent.

Capitis 3 Lectionis 2 Sectio 4b

Exercitium 3. Fill in the blank with *deminutum est* or *deminutum non est*. Follow the example:

Stola quindecim dollariis constabat. Nunc decem dollariis constat.

Pretium eius *deminutum est*.

1) Horologium sexaginta tribus dollariis constabat. Nunc octoginta dollariis constat.

Pretium eius _____.

2) Raeda octo milibus nongentis quattuor nummorum Europaeorum constabat. Nunc octo milibus septingentis duobus nummorum Europaeorum constat.

Pretium eius _____.

3) Liber quadringentis septem libris constabat. Nunc ducentis libris constat.

Pretium eius _____.

4) Bracae trecentis undetriginta nummis Iaponensibus constabant. Nunc trecentis triginta duobus nummis Iaponensibus constant.

Pretium earum _____.

5) Ocularia solaria centum quadraginta quinque dollariis constabant. Nunc centum quadraginta quinque dollariis constant.

Pretium eorum _____.

6) Catilli centum dollariis constabant. Nunc octoginta dollariis constant.

Pretium eorum _____.

Exercitium 4. Using a word in the box, fill in the blank to correctly complete the sentence. Some words are used more than once. Follow the examples:

<i>eam</i>	<i>eum</i>	<i>earum</i>	<i>eos</i>	<i>ea</i>	<i>eas</i>	<i>eius</i>	<i>eorum</i>	<i>id</i>
------------	------------	--------------	------------	-----------	------------	-------------	--------------	-----------

Haec tunica quindecim libris constat. Pretium *eius* deminutum non est. Si quindecim libras haberem, *eam* emerem.

1) Hic saccus dorsualis mihi placet et pretium _____ deminutum est! Sed ego iam saccum dorsualem habeo. Si saccum dorsualem non haberem, _____ emerem.

2) Hoc chartophylacium quadraginta nummis Europaeis constat. _____ emere volo. Si pretium _____ deminutum esset, chartophylacium emerem.

3) Hi nummi antiqui sunt. Vir, qui _____ vendit, pretium _____ deminutum esse dicit.

4) Haec vasa escaria tantum quinque dollariis constant, quia fracta sunt. Si fracta non essent, pretium _____ deminutum non esset. _____ non emam.

5) Praeterita hebdomade tesserarum emi. Pretium _____ deminutum non erat. Si hodie _____ emerem, pretium deminutum esset.

Capitis 3 Lectionis 2 Probatuuncula a

Exercitium 1. Using a word in the box, fill in the blank to complete the sentence. Follow the example:

<i>spatium</i>	<i>nullum</i>	<i>tantum</i>	<i>multo</i>
<i>spatii</i>	<i>multis</i>	<i>aliquid</i>	

In raeda mea multum *spatii* est.

1) Elisabetha: Iulia, _____ spatium in sacco dorsuali meo habeo.

Habesne satis _____ libris meis in sacco dorsuali tuo?

Iulia: Aliquid spatii _____ libris non est. _____ duos libros pone.

2) Praepositus: Bertrande, hunc libellum in chartophylacio tuo pone.

Bertrandus: Eum ponere non possum. Nullum _____ est.

Praepositus: _____ e chartophylacio tibi extrahendum est. _____ spatio non eges, sed tantum paululum.

Exercitium 2. Fill in the blank with the correct form of the verb. Follow the example:

Libros in chartophylacio ponere vis, sed nullum spatium est. Si chartophylacium tuum satis spatii haberet, libros tuos *poneres*.

1) Te adiuvere volo, sed domi non es. Si domi esses, te _____.

2) Laura in Hispania habitat. Petrus eam invisere vult, sed in Hispania non est. Si Petrus in Hispania esset, eam _____.

3) Turma nostra vincere vult, sed Ladimirus pilam numquam capit. Si Ladimirus pilam caperet, turma nostra _____.

4) In oceano navigare volo, sed caelum nubilum est. Si caelum serenum esset, in oceano _____.

5) In montibus ferias agere volo, sed nartis prolabi non possum. Si nartis prolabi possem, in montibus ferias _____.

6) Hoc emere volo, sed pecuniam non habeo. Si satis pecuniae haberem, hoc _____.

Capitis 3 Lectionis 2 Probatuuncula b

Exercitium 3. Using a word in the box, fill in the blanks to complete the conversation. Follow the example:

agunt	permutavi	possim	manebunt	da	permutandi
permutare	eundum	permutemus	permutat	dabit	permutavi

Victor et Petrus ferias in America Foederata agunt. Ex Hispania oriundi sunt et Novi Eboraci tres hebdomades _____ . Nummi Europaei eis dollariis _____ sunt.

Victor: Petre, ubi nummos Europaeos dollariis _____ possumus?

Petrus: Puto fore ut eos in argentaria _____ .

Victor: Doce me quomodo eos permutare _____ .

Petrus: Puto primum tibi ad ministram _____ esse. Tum ei centum nummos Europaeos _____ . Postremo ea tibi dollaria _____ .

Victor nummos Europaeos suos _____ .

Victor: Ego centum nummos Europaeos centum quadraginta dollariis _____ !

Capitis 3 Lectionis 3 Sectio 1a

Exercitium 1. Match the sentence to the photo that depicts it. Follow the example:



D



2) _____



1) _____



3) _____

A. Haec placenta Neapolitana rotunda est.

B. Haec scriblita rotunda est.

C. Hic caseus quadratus est.

D. Hoc segmentum quadratum est.

Exercitium 2. Circle the word that correctly completes the sentence. Follow the examples:

Pater mihi quartam (*pars* / *partem*) scriblitae dedit.

Quot (*pars* / *partes*) placentae Neapolitanae vis?

1) Dimidium casei maius quam tertia (*pars* / *partes*) est.

2) Hanc (*partes* / *partem*) libi volo. Magna est.

3) Pater aurantium in duas (*partes* / *pars*) secat.

4) Hoc segmentum quarta (*partes* / *pars*) panis est.

Capitis 3 Lectionis 3 Sectio 1b

Exercitium 3. Using a word or phrase in the box, fill in the blank to correctly complete the sentence. Follow the example:

~~tertiam partem~~ integra dimidium quartam partem quintam partem

Maria scriblitam in tres partes secuit. Duo segmenta edit. Tertiam partem cras edet.

- 1) Thomas libum in sex segmenta magnitudinis eiusdem secabit. Tria segmenta libi mihi dabit. _____ libi mihi dabit.
- 2) Mater scriblitam non secuit. Scriblita _____ est.
- 3) Nicolaus caseum in quinque segmenta magnitudinis eiusdem secat. Unum segmentum casei tibi dat. _____ habes.
- 4) Bertrandus placentam Neapolitanam in octo partes magnitudinis eiusdem secuit et duo segmenta edit. _____ placentae Neapolitanae edit.

Exercitium 4. Fill in the blank with the correct form of *alter*, *altera*, or *alterum*. Follow the example:

Haec pars scriblitae valde parva est. Alteram partem volo.

- 1) Unum segmentum casei pondo minus pendit quam _____.
- 2) Ego hoc hamaxosticho vehor. Tu _____ hamaxosticho veheris.
- 3) Robertus: Visne hanc scriblitam secare?
Maria: Nolo. _____ scriblitam secare volo.
- 4) Ego dimidium mali edi. _____ dimidium tibi dedi.
- 5) Mater libum in duas partes secuit. Unam partem in armario frigidario posuit.
_____ pars super mensam in triclinio est.

Capitis 3 Lectionis 3 Sectio 2a

Exercitium 1. Reorder the syllables to create a word. Follow the example:

- | | |
|--------------------------------|------------------|
| ni do mag tu | <u>magnitudo</u> |
| 1) trum ti cen me | _____ |
| 2) mi di um di | _____ |
| 3) us ca se | _____ |
| 4) ta bli scri | _____ |
| 5) li gram chi ma o | _____ |
| 6) cen pla ta po ta ne li a na | _____ |
| 7) ri pa es | _____ |
| 8) men seg tum | _____ |
| 9) ran ti au um | _____ |
| 10) ti um pre | _____ |
-

Exercitium 2. Match the weight given in parentheses in the sentence on the left to the weight written out in words on the right. Follow the example:

- | | | |
|---|----------|------------------------------------|
| Feles parva pondo (2 kg) pendit. | <u>D</u> | A. dimidium chiliogramma |
| 1) Hic vir pondo (105 kg) pendit. | _____ | B. unum et dimidium chiliogramma |
| 2) Hoc segmentum casei pondo (1 kg) pendit. | _____ | C. centum quinque chiliogrammata |
| 3) Hic elephantus pondo (950 kg) pendit. | _____ | D. duo chiliogrammata |
| 4) Haec scriblita pondo (0.5 kg) pendit. | _____ | E. nongenta quinque chiliogrammata |
| 5) Hae placentae Neapolitanae pondo (1.5 kg) pendunt. | _____ | F. unum chiliogramma |

Capitis 3 Lectionis 3 Sectio 2b

Exercitium 3. Circle the word that correctly completes the sentence. Follow the example:

Pretium panis (*maius* / *minus*) est quam pretium clavichordi est.

Puto balaenam pondo (*plus* / *minus*) quam squalum pendere.

- 1) Pretium computatorii (*maius* / *minus*) quam pretium libelli est.
 - 2) Pretium birotae (*maius* / *minus*) est quam pretium aeroplani.
 - 3) Pretium scriblitae integrae (*maius* / *minus*) est quam pretium segmenti scriblitae.
 - 4) Birotam pondo (*plus* / *minus*) quam raeda pendit.
 - 5) Equus pondo (*plus* / *minus*) quam elephanta pendit.
 - 6) Dimidium scriblitae pondo (*plus* / *minus*) quam tertia pars pendit.
-

Exercitium 4. Fill in the blank to correctly complete the sentence. Use *tantum* or *quantum*. Follow the example:

Quantum sici vis? *Tantum* sici volo *quantum* habes.

- 1) _____ aquae vis? Unum poculum volo.
- 2) Unum malum pondo _____ pendit _____ alterum.
- 3) _____ casei velis? Dimidium chiliogramma velim.
- 4) Ovum pondo _____ pendit _____ citreum.
- 5) Pretium scriblitae _____ est _____ pretium casei.

Capitis 3 Lectionis 3 Sectio 3a

Exercitium 1. Fill in the blank with the word that correctly completes the sentence. Use the correct form of *altus*, *latus*, or *longus*. Follow the example:



Quam alta haec arbor est?



2) Quam _____ sum?



1) Quam _____ haec via est?



3) Quam _____ haec via est?

Exercitium 2. Circle the word that correctly completes the sentence. Follow the example:

Vir parietem (*computat* / *metitur*). Tria metra longus est.

- 1) (*Metire* / *Computa*) pecuniam tuam, quaeso! Quot dollaria habes?
- 2) Puella paegnia sua (*metitur* / *computat*). Viginti quinque sunt.
- 3) Solum mihi (*metiendum* / *computandum*) est. Nescio quam latum sit.
- 4) (*Computasne* / *Metirisne*) hunc abacum? Possumusne machinam elutoriam sub eo ponere?
- 5) Puer mala huius arboris (*computare* / *metiri*) vult, sed non potest, quia plus quam decem sunt.

Capitis 3 Lectionis 3 Sectio 3b

Exercitium 3. Using a word or phrase in the box, fill in the blank to correctly complete the sentence. Follow the example:

computare	metiri
computo	metior
computavit	metitus est
computavistine	esne metita
computa	metire


Puer dicit se segmenta placentae Neapolitanae computare. Octo sunt.

Pater dicit se hunc parietem metiri.

- 1) Quid facis? Mensam _____, quia eam prope hunc parietem ponere volo.
- 2) Ego _____ catillos, quia nescio quot habeam.
- 3) Nescio quot pocula habeamus. _____ ea, quaeso.
- 4) Armarium frigidarium prope hunc parietem ponere volo. _____ eum, quaeso.
- 5) _____ quot catillis egeamus?
- 6) Laura, _____ solum quod in exedra est?
- 7) Paulus lectum suum non _____. Nescit utrum linteamen ei emendum sit, magnum an parvum.
- 8) Heri Robertus pilas suas _____. Sex pilas habet.

Capitis 3 Lectionis 3 Sectio 4a


Exercitium 1. Match each diagram to the sentence that best describes it. Follow the example:



A.




B.



C.



D.



E.

Haec arbor triginta quinque metra alta est.

E

1) Haec mensa unum et dimidium metrum longa et unum metrum lata est.

2) Haec via doudetriginta metra lata est.

3) Hoc aedificium centum metra altum est.


4) Haec stragula vestis septuaginta quinque centimetra longa et quadraginta quinque centimetra lata est.

Exercitium 2. Using a phrase in the box, fill in the blank to correctly complete the sentence. Follow the example:

fere nonaginta dollariis	fere novem centimetra
fere quattuor chiliogrammata	fere triginta metra



Hoc fere nonaginta dollariis constat.



2) Hoc _____ longum est.



1) Hoc _____ longum est.



3) Ea pondo _____ pendunt.

Capitis 3 Lectionis 3 Sectio 4b

Exercitium 3. Circle the word that correctly completes the sentence. Follow the example:

Nonaginta octo chiliogrammata butyri habeo. (Fere / Minimum) centum chiliogrammata habeo.

- 1) Decem amici ad convivium meum advenient. (Minimum / Fere) decem catillis egeo.
- 2) Hoc computatorium tribus milibus nongentis dollariorum constat. (Fere / Minimum) quattuor milibus dollariorum constat.
- 3) Haec raeda duodesexaginta milibus nummorum Europaeorum constat. (Fere / Minimum) sexaginta milibus nummorum Europaeorum constat.
- 4) Vespere septem amicae ad cenam advenient. Una amica tertiam partem placentae Neapolitanae edit. (Fere / Minimum) duae placentae Neapolitanae mihi emendae sunt.

Capitis 3 Lectionis 3 Probatuuncula a

Exercitium 1. Match the beginning of the story on the left to a sentence on the right that logically concludes it. Follow the example:

- | | | |
|--|-------------------|--|
| Robertus esurit. | <u> D </u> | <i>A. Alterum segmentum scriblitae volo, quia minus est.</i> |
| 1) Petrus placentam Neapolitanam in duas partes secuit. | <u> </u> | <i>B. Una pars maior quam altera est.</i> |
| 2) Hodie Catharina nihil edit. Duo segmenta panis videt. Mater ei segmentum parvum dat. Catharina: | <u> </u> | <i>C. Da mihi segmentum maius, quaeso!</i> |
| 3) In cena Paulus duo segmenta panis cum caseo, dimidium placentae Neapolitanae, magnum segmentum libi sumpsit. Vespere mater segmentum scriblitae in duas partes secat. Paulus: Mamma, hoc segmentum edere non possum! | <u> </u> | <i>D. Dimidium paniculi farti vult.</i> |

Exercitium 2. Circle the word that correctly completes the sentence. Follow the example:

- Tectum tangere potes! Quam (longus / altus) es?**
- 1) Quam (longa / alta) haec serpens est?**
 - 2) Hic calamus decem centimetra (altus / longus) est.**
 - 3) Cum super hoc aedificium sto, urbem videre possum. (Longum / Altum) est.**
 - 4) Haec via inter Romam et Lutetiam est. (Longa / Alta) est.**
 - 5) Mamma, procera es. Quam (alta / longa) es?**

Capitis 3 Lectionis 3 Probatuuncula b

Exercitium 3. Using a word or phrase in the box, fill in the blank to correctly complete the sentence. Follow the example:

<i>metrum</i>	<i>cuius magnitudinis</i>	<i>quanti</i>	<i>quot</i>	<i>lata</i>
<i>centimetra</i>	<i>chiliogrammata</i>	<i>pondo</i>	<i>quam</i>	

Quanti haec scriblita constat?

Haec scriblita decem dollariis constat.

1) Quam longus calamus tuus est?

Calamus meus longus est. Viginti quinque _____ longus est.

2) Quam alta es?

Unum et dimidium _____ alta sum.

3) Quantum casei velis?

Duo _____ casei volo.

4) _____ chiliogrammata pondo haec mala pendunt?

Haec mala _____ unum chiliogramma pendunt.

5) _____ latus hic paries est?

Hic paries unum metrum et quadraginta quinque centimetra latus est.

6) _____ haec fenestra est?

Haec fenestra unum metrum _____ et unum metrum longa est.

Exercitium 4. Fill in the blank with the correct form of the word in parentheses. In one case the form of the word remains unchanged. Follow the example:

Nunc Bertrandus parietem in culina metitur. (*metiri*)

1) Heri ego libros meos _____. (*computare*)

2) Ioannes, me _____, quaeso! (*metiri*)

3) Heri ego solum exedrae _____ et stragulam vestem emi. (*metiri*)

4) Pater hanc fenestram _____ vult. (*metiri*)

5) Petre, _____ hos catillos, quaeso! (*computare*)

6) In ludo litterario alumni _____ discunt. (*computare*)

Capitis 3 Lectionis 4 Sectio 1a

Exercitium 1. Match the sentence to the photo that depicts it. Follow the example:



C



2) _____



4) _____



1) _____



3) _____



5) _____

- A. *Malleo et clavis utuntur.*
B. *Egesne clave mechanica an malleo?*
C. *Vertitorio utitur.*
D. *Forcipe ad ornamentum reficiendum utitur.*
E. *Aliquas cochleas emit.*
F. *Multos clavos habet, sed malleo eget.*

Exercitium 2. Circle the word that correctly completes the sentence. Follow the examples:

Vir (malleo) / malleum) utitur.

Femina (cochleam / cochlea) eget.

Puella (clavis mechanica / clave mechanica) utitur.

Pater et filius (lampadiis) / lampadia) egent.

Pueri (forcibus) / forcipes) utuntur.

- 1) (Plumbum / Plumbo) ad epistulam scribendam utor.
2) Egesne (clavis / clavos)?
3) Sara (taeniolae glutinosae / taeniola glutinosa) ad paginam reficiendam utitur.
4) Bertrandus (forcipe / forceps) ad ocularia reficienda utitur.
5) Hanc pastam pendere volo. (Libram / Libra) egeo.
6) Petrus (metrum / metro) ad parietem metiendum utitur.

Capitis 3 Lectionis 4 Sectio 1b

Exercitium 3. Using a word in the box, fill in the blank to correctly complete the sentence. Follow the example:

vehitur	utuntur	utitur	osculantur	expergiscor	utor
loquere	metire	veheris	loquimini	prolabemur	

Ladimirus ad aeriportum hamaxosticho vehitur. Raeda meritoria non eget.

- 1) Antonius plumbum non habet. Calamo ad scribendum _____.
- 2) Maritus et uxor inter se _____.
- 3) Ego e somno _____.
- 4) Cum mecum loqueris, Latine _____, quaeso!
- 5) Quomodo tu ad officium _____?
- 6) Cras ego et Sara in montibus nartis _____.
- 7) Mamma, me metro _____, quaeso.
- 8) Hi pueri vertitoriis ad birotas reficiendas _____.
- 9) Quibus linguis vos _____?
- 10) Ego taeniola glutinosa ad paginam reficiendam _____.

Exercitium 4. Match the beginning of the sentence on the left to the ending that logically completes it. Follow the example:

- | | | |
|---|----------|------------------|
| Heri Robertus cum fratre, qui in Brasilia manet, | <u>D</u> | A. usae sunt. |
| 1) Filia mea praeterito anno | _____ | B. locuti sumus. |
| 2) Anna et Iulia malleo et clavis ad sellam reficiendam | _____ | C. usi sunt. |
| 3) Praeterita hebdomade nos cum amicis nostris, qui in Europa habitant, | _____ | D. locutus est. |
| 4) Pater taeniola glutinosa ad ocularia reficienda | _____ | E. nata est. |
| 5) Thomas et Laura vertitorio et cochleis ad birotas reficiendas | _____ | F. usus est. |

Capitis 3 Lectionis 4 Sectio 2a

Exercitium 1. Reorder the syllables to create a word. Follow the example:

- pa um lam di lampadium
- 1) ces fi for _____
- 2) le mal us _____
- 3) ti ri ver um to _____
- 4) a le coch _____
- 5) vis cla ni me ca cha _____
- 6) me ther trum mo _____
- 7) ri na fa _____
- 8) cum per ly si co _____
- 9) li mil trum li _____
- 10) vus cla _____

Exercitium 2. Circle the word that correctly completes the sentence. Follow the examples:



forceps



forfices

Rebecca (forficibus) / forcipe) paginam secat.

Medicus (forcibus / forcipe) dentem extrahit.

- 1) Hae (forfices / forceps) ad acta diurna secanda sunt.
- 2) Pater tuus (forficibus / forcipe) ad ocularia reficienda utitur.
- 3) Ornamentum Laurae fractum est, sed (forfices / forcipem) parvum ad id reficiendum non habet.
- 4) Puellae (forcipe / forficibus) ad chartam in duas partes secandam utuntur.
- 5) Hi (forcipes / forfices) magni sunt.

Capitis 3 Lectionis 4 Sectio 2b

Exercitium 3. Circle the word that correctly completes the sentence. Follow the examples:



Haec (*clavus* / *clavis mechanica*)
e metallo facta est.



Hic (*clavus* / *clavis mechanica*)
e metallo factus est.

- 1) Antonius duobus (*clavis* / *clavibus mechanicis*) et malleo eget.
- 2) Hunc (*clavum* / *clavem mechanicam*) magnum super solum non vidi et pedem vulneravi.
- 3) Hac (*clavo* / *clave mechanica*) abacum reficiam.
- 4) Hic (*clavus* / *clavis mechanica*) valde parvus est.
- 5) Nullos (*clavos* / *claves mechanicas*) emit. Tantum cochleis utitur.
- 6) Haec (*clavus* / *clavis mechanica*) valde magna est.
- 7) Haec capsula plena (*clavorum* / *clavium mechanicarum*) novorum est.
- 8) Hae tres (*clavi* / *claves mechanicae*) magnitudinum diversarum sunt.
- 9) Puer hoc (*clavo* / *clave mechanica*) et hoc malleo paegnium suum reficit

Exercitium 4. Match the item on the left to its function on the right. Follow the example:

- | | | |
|-----------------------|----------|---|
| Lampadio | <u>C</u> | A. ad scribendum utor. |
| 1) Plumbo | _____ | B. ad scribitam coquendam utitur. |
| 2) Metro | _____ | C. ad librum legendum utitur. |
| 3) Libra | _____ | D. ad tabulam geographicam reficiendam usa sum. |
| 4) Taeniola glutinosa | _____ | E. ad aurantia pendenda utuntur. |
| 5) Furno | _____ | F. ad paginam metiendam usus est. |

Capitis 3 Lectionis 4 Sectio 2c

Exercitium 5. Fill in the blank with *pondo* where possible. Follow the examples:

Haec puella pondo viginti chiliogrammata pendit.

Hi viri libra poma _____ pendunt.

- 1) Farina _____ quindecim grammata pendit.
- 2) Medica _____ puellam pendit.
- 3) Canis _____ decem chiliogrammata pendit.
- 4) Femina _____ trecenta grammata farinae pendit.
- 5) Puto eum _____ triginta chiliogrammata pendere.

Capitis 3 Lectionis 4 Sectio 3a

Exercitium 1. Circle the word that correctly completes the sentence. Follow the examples:

Iulia carnem (*congelata* / *congelatam* / *congelatum*) emit.

Musas (*recentes* / *recentibus* / *recentia*) Brasiliae emi.

- 1) Lycopersica (*maturis* / *matura* / *maturorum*) super placentam Neapolitanam ponit.
- 2) Haec capsula plena musarum (*recentibus* / *recentes* / *recentium*) est.
- 3) Lycopersicum (*putre* / *putris* / *putrem*) in receptaculo purgamentorum posui.
- 4) Hieme aurantia (*recentia* / *recentibus* / *recentes*) valde cara sunt.
- 5) Musa (*putre* / *putrem* / *putris*) male sapit.
- 6) Sucum (*congelatum* / *congelatus* / *congelati*) bibere non potes.

Exercitium 2. Using a word in the box, fill in the blank to complete the sentence. Each word is used only once. Follow the example:

frigida	ferventia	frigidam	ferventem	fervens	frigidum
--------------------	-----------	----------	-----------	---------	----------

Hanc pastam de armario frigidario extraho. Frīgida est.

- 1) Cave! Haec potio Arabica valde _____ est.
- 2) Scriblitam _____, quam mater e furno extrahit, nunc edere non possumus.
- 3) Cum calor est, aquam _____ bibere mihi placet.
- 4) Hoc lac bibere nolo. _____ non est, quia in armario frigidario non erat.
- 5) Olera non coquit, quia olera _____ ei non placent.

Capitis 3 Lectionis 4 Sectio 3b

Exercitium 3. Rewrite the sentences in the box to create a logical sequence. There may be more than one possible order. Follow the example:

~~*Tum centum millilitra aquae ferventis addidi.*~~
~~*Postremo ea unam horam coxi.*~~
~~*Primum olera et poma secui.*~~

Susanna: Quomodo hoc paravisti?

Ludovicus: *Primum olera et poma secui.*

Tum centum millilitra aquae ferventis addidi.

Postremo ea unam horam coxi.

Postremo pone id in viridario!

Primum metire hoc metro.

Tum utere malleo et clavis.

1) Marcus: Adiuvam me ad hoc aedificandum, quaeso.

Petrus: Libenter.

Postremo coque libum unam horam centum octoginta gradibus.

Primum pende quadringenta grammata farinae et trecenta grammata sacchari.

Tum adde centum viginti millilitra lactis, duo ova, centum quinquaginta grammata butyri, unum gramma salis.

2) Sara: Doce me quomodo libum pares, quaeso.

Thomas: Libenter.

Capitis 3 Lectionis 4 Sectio 4a

Exercitium 1. Circle the word that correctly completes the sentence. Follow the example:

Uno abhinc anno Michael Elisabetham in matrimonium (*ducit* / *duxit*).

1) Ferias Lutetiae egi. Redivi et, postquam domi vestimenta sordida de vidulo meo (*extraxi* / *extraho*), ad officium ivi.

2) Anna: Quid nunc facis?

Sara: Placentam Neapolitanam in furno (*coxi* / *coquo*).

3) Tribus abhinc annis fratres mei eodem die uxores in matrimonium (*ducunt* / *duxerunt*).

4) Quid heri (*coquis* / *coxisti*)?

5) Stulam novam emis. Ad machinam argentariam is et pecuniam (*extrahis* / *extraxisti*).

6) Praeterita hebdomade Laurae natalis erat. Mater ei libum (*coquit* / *coxit*).

Exercitium 2. Using a word in the box, fill in the blank to correctly complete the sentence. Follow the example:

<i>elegi</i>	<i>eligit</i>	<i>eligimus</i>	<i>elegistine</i>
<i>elegerunt</i>	<i>elegit</i>	<i>eligitisne</i>	

Nunc eligo stulam quam in nuptiis meis geram. Heri calceos *elegi*.

1) Roberte, _____ synthesim quam ad convivium geres?

2) Nos pastam prandio _____. _____ vos pastam an paniculos fartos?

3) Heri pater meus raedam novam _____.

4) Thomas: Quid heri fratres tui in taberna ornamentaria fecerunt?

Ioannes: Ornamentum matri _____. Hodie natalis eius est.

5) Nunc mater in macello est. Olera cenae _____.

Capitis 3 Lectionis 4 Sectio 4b

Exercitium 3. Match the beginning of the sentence to the end that logically completes it. Follow the example:

Ego saccharum	<u>D</u>	A. <i>eam reddit.</i>
1) Mater saccharum	_____	B. <i>potioni Arabicae semper addit.</i>
2) Heri glossarium e schola abstuli. Hodie	_____	C. <i>id magistro reddo.</i>
3) Heri David birotam conduxit. Nunc	_____	D. <i>potioni Sinensi numquam addo.</i>
4) Puellae socolatam	_____	E. <i>reddere non possum.</i>
5) Raeda, quam condux, fracta est. Eam	_____	F. <i>huic libo addere volunt.</i>
6) Sal acetariis	_____	G. <i>nuptias mihi reddenda est.</i>
7) Haec synthesis post	_____	H. <i>addendum est.</i>

Exercitium 4. Using a word in the box, fill in the blank to correctly complete the sentence. Follow the example:

reddere	adde	reddenda	addunt	addit
reddemus	addidistis	reddit	addidi	

Hodie hanc navem reddere nolo!

- 1) Ego saccharum potioni Arabicae iam _____.
- 2) Octavius sexta hora pomeridiana birotam _____.
- 3) Robertus paululum salis sorbitioni _____.
- 4) Amici mei piper acetariis numquam _____.
- 5) Cras nos nartas _____.
- 6) Filiae, vos nimis multum sacchari libo _____.
- 7) Duo millilitra lactis sorbitioni _____, quaeso.
- 8) Septima hora antemeridiana raeda nobis _____ est.

Capitis 3 Lectionis 4 Probatuuncula a

Exercitium 1. Fill in the blank with the color that describes the object given. Use the correct form of *viridis*, *flavus*, *ruber*, *niger*, or *flammeus*. Follow the example:

Musa, quae matura non est, viridis est.

- 1) Malum rubrum, quod maturum non est, _____ est.
- 2) Aurantium, quod maturum est, _____ est.
- 3) Lycopersica, quae maturum non sunt, _____ sunt.
- 4) Musae, quae maturae sunt, _____ sunt.
- 5) Lycopersicum, quod maturum est, _____ est.
- 6) Musae, quae putres sunt, _____ sunt.

Exercitium 2. Circle the word that correctly completes the sentence. Follow the example:

Malleo et (clavis) / cochleis / plumbo) saepem reficit.

- 1) Sara nescit quot gradus foris numerentur. (*Chiliometrum* / *Thermometrum* / *Metrum*) ei legendum est.
- 2) Puer (*forcipe* / *cochleis* / *forcibus*) ad paginam secandam utitur.
- 3) Mater ocularia vertitorio et (*clavo* / *cochlea* / *clave mechanica*) reficit.
- 4) Ornamentum meum fractum est. (*Pagina* / *Metro* / *Forcipe*) egeo.

Exercitium 3. Fill in the blank with the correct form of the word given in parentheses. Follow the example:

Nicolaus forcibus ad paginam secandam utitur. (*uti*)

- 1) Mamma, noli saccharum potioni Sinensi _____. (*addere*)
Ego id iam _____. (*addere*)
- 2) Heri parentes _____ raedam quam emere volunt. (*eligere*)
- 3) Susanna: Amicae, quid facitis?
Amicae: Sorbitionem _____. (*coquere*)
- 4) Rebecca, forcibus ad paginam secandam _____, quaeso. (*uti*)
- 5) Heri Paulus pastam prandio _____. (*eligere*)
- 6) Praeterita hebdomade natalis Antonii erat. Amica ei libum _____. (*coquere*)
- 7) Aspice! Anna et Aemilia malleo et clavis ad mensam scriptoriam reficiendam _____. (*uti*)

Capitis 3 Lectionis 4 Probatuuncula b

Exercitium 4. Using a word in the box, fill in the blank to correctly complete the sentence. Follow the example:

paginam	millilitra	thermometrum
musae	gramma	libra

Puer taeniola glutinosa ad paginam reficiendam utitur.

1) Matthaesus: Quot gradus foris numerantur?

Anna: Nescio. _____ mihi legendum est.

2) Venditor _____ ad panem pendendum usus est.

3) Quadraginta _____ aquae ferventis farinae addidi.

4) _____ putres simiae non placent.

5) Unum et dimidium _____ salis adde.

Capitis 4 Lectionis 1 Sectio 1a

Exercitium 1. Use a word from the box to fill in the blank. One word is used twice. Follow the example:

<i>Germanus</i>	<i>Germana</i>	<i>Brasilianus</i>	<i>Brasiliana</i>	<i>Americanus</i>	<i>Gallus</i>	<i>Italus</i>	<i>Indus</i>	<i>Iapo</i>
<i>Mexicanus</i>	<i>Mexicana</i>	<i>Ruthenus</i>	<i>Ruthena</i>	<i>Americana</i>	<i>Galla</i>	<i>Itala</i>	<i>Inda</i>	

Vir, qui e Germania oriundus est, *Germanus* vocatur.

Femina, quae e Germania oriunda est, *Germana* vocatur.

1) Vir, qui ex America Foederata oriundus est, _____ vocatur.

Femina, quae ex America Foederata oriunda est, _____ vocatur.

2) Vir, qui e Iaponia oriundus est, _____ vocatur.

Femina, quae e e Iaponia oriunda est, _____ vocatur.

3) Vir, qui e Gallia oriundus est, _____ vocatur.

Femina, quae e Gallia oriunda est, _____ vocatur.

4) Vir, qui e Ruthenia oriundus est, _____ vocatur.

Femina, quae e Ruthenia oriunda est, _____ vocatur.

5) Vir, qui ex India oriundus est, _____ vocatur.

Femina, quae ex India oriunda est, _____ vocatur.

6) Vir, qui e Mexico oriundus est, _____ vocatur.

Femina, quae e Mexico oriunda est, _____ vocatur.

7) Vir, qui ex Italia oriundus est, _____ vocatur.

Femina, quae ex Italia oriunda est, _____ vocatur.

8) Vir, qui e Brasilia oriundus est, _____ vocatur.

Femina, quae e Brasilia oriunda est, _____ vocatur.

Capitis 4 Lectionis 1 Sectio 1b

Exercitium 2. Circle the word that correctly completes the sentence. Follow the examples:

Mons, qui in Germania est, mons (Germanicus / Germanica / Germanicum) vocatur.

In Gallia, viri et feminae lingua (Gallicus / Gallica / Gallicum) utuntur.

In Iaponia, nummis (Iaponensibus / Iaponenses / Iaponensia) solvendum est.

- 1) Placenta Neapolitana cibus (Italicus / Italica / Italicum) est.
- 2) Potio, quae e Sinis oriunda est, potio (Sinensis / Sinense) vocatur.
- 3) Hodie Rutheni ad comitia (Ruthenicos / Ruthenicas / Ruthenica) eunt. Suffragia ferunt.
- 4) Vexillum, quod super Domum Albam est, vexillum (Americana / Americanus / Americanum) est.
- 5) Haec vestimenta (Germanici / Germanicae / Germanica) in Germania emit.
- 6) Animal, quod in Aegypto habitat, animal (Aegyptius / Aegyptia / Aegyptium) est.
- 7) Templum, quod in India est, templum (Indicus / Indica / Indicum) est.
- 8) In bibliotheca Lutetiae multi libri (Gallici / Gallicae / Gallica) sunt.

Exercitium 3. Write a question that corresponds to the given answer. Use **Quid est?** or **Quis est?** Follow the examples:

Quid est?

Raeda Iaponensis est.

Quis est?

Praeses Iapo est.

- 1) _____ Cibus Germanicus est.
- 2) _____ Cantor Germanus est.
- 3) _____ Saltatrices Indiae sunt.
- 4) _____ Commentarii periodici Indici sunt.
- 5) _____ Milites Rutheni sunt.
- 6) _____ Naves Ruthenicae sunt.
- 7) _____ Vexillum Italicum est.
- 8) _____ Primarius administer Italus est.

Capitis 4 Lectionis 1 Sectio 2a

Exercitium 1. Match the sentence to the photo that depicts it. Follow the example:



C



2) _____



4) _____



1) _____



3) _____



5) _____

- A. *In hoc nummo facies reginae est.*
B. *In comitiis victus est. Nemo ei suffragium tulit.*
C. *Miles epistulam familiae suae scribit.*
D. *Comitia sunt. Viri et feminae suffragia ferunt.*
E. *Vexillum Americae ante aedificium est.*
F. *Hic vir rex Aegypti fuit. Effigies eius est.*

Exercitium 2. Match the word on the right to a word on the left to create a two-word expression. Follow the example:

acta B A. *administer*

1) **commentarii** _____ B. *diurna*

2) **primarius** _____ C. *mechanica*

3) **clavis** _____ D. *glutinosa*

4) **placenta** _____ E. *argentaria*

5) **machina** _____ F. *periodici*

6) **taeniola** _____ G. *Neapolitana*

Capitis 4 Lectionis 1 Sectio 2b

